



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Regulæ vtriusque iuris selectæ. 60

cludit Ias. per plura fundamenta in consi. 17. nu. 2. vol. 4. & Mattheæ. de Afflic. in c. i. nu. 10. de mili. vafall. qui arma bell. depofuit, in vlib. feu. vbi dicit idem esse in Archiepiscopis, & episcopis, cū sint personæ illustres, & possunt seruire per substitutum, vt in c. i. de re iudi. libr. 6. quod not. Bald. in l. nullus. C. de decurio. libr. x. Hanc opin. tenet Barb. in d. rub. de feu. nu. 2. in medio, & in tracta. de præstan. Card. in i. par. q. 5. Præpo. in c. i. §. & quia nu. 47. qui feu. dare possunt.

33 Limita tertio decimo, non habere locum in fratribus tertij ordin. S. Francisc. Ita consuluit Roma. (per ea quæ diximus in regu. c.) in consi. 376. nu. 14. quem sequitur Barba. in c. ex parte, nu. 11. de feu. Cur. in d. tract. feud. in 2. par. q. 20. Ant. Capit. Neapo. in deci. x. n. 3 & 17. Præpo. Alex. in c. i. in §. & quia nu. 53. qui feud. dare poss.

REGVLA CIIII.

COGNITIO de suspectis tutoribus potest delegari. Hanc regulam ponit tex. in l. cognitio, ff. de offi. eius cui manda. est iuris. & in l. i. in §. damus ff. de susp. & tuto.

Hæc regulam amplia tripliciter, & limita vno modo, vt per Frã. Purpur. in d. l. cognitio. per totam.

REGVLA CV.

COHÆRES tenetur de euictione cohæredi, cui res euicta obuenit ex diuisione facta ab ipsis cohæredibus. Hanc regulam probat tex. in l. si fratres C. comm. vtrius. iudi. Probat de iure Regio in l. 9. tit. 15. par. 6. Ratio huius regulæ est, quia diuisio, quæ fit a partibus, vicem obtinet permutationis l. communi diuidendo. §. si debitor, ff. commu. diuid.

Hanc regulam amplia vno modo, & limita tribus modis, vt per Fran. de Ripa in l. qui Romæ, in §. duo fratres nu. 97. ff. de ver. ob.

REGVLA CVI.

COLLATERALES succedunt in feudum vsque ad septimū gradum. Hanc regulam probat tex. in c. i. in §. quia vidimus, qui feu. dare poss. in vlib. feu. & ibi Aud. de Iser. Bal. in auth. defuncto col. i. C. ad Tertull. Curt. Iun. in tract. feud. in 3. par. quæstio. 17. nu. 43. Mattheæ. de Afflic. in c. i. in §. hoc quoque nu. 41. de successio. feud. Hieron. Gratus in consi. 9. num. 46. vol. i. Quam regulam latissime examinat Martinus Laudensis, in consi. 119. nu. 8. inter consilia Alberti Bruni.

Limita primo, vt non procedat in successionebus regni, quia tunc admittuntur illi qui essent vltra millesimum gradū. Ita singu. dixit Bald.

H 4 Bald.